



AK



Act. IX, 9.

Q. R. B. V.

V
b
37a

CAUSAS CORPORUM CRU- ENTORUM,

Superioribus non modò annis, sed
elapso cum maximè in MISNIA, vicinisq; oris
conspicuorum,

Sub

PRÆSIDIO

PRÆCELENTISS. atq; PRÆCLARISSIMI

DN. M. SIMONIS FRIDERICI
FRENZELII,

Amplissimæ Facultatis Philosoph: Adjuncti meritissimi,
Fautoris ac Patroni ætatè colendi,

Exponet

In Publico

ATHENIS LEUCOREIS,

ODÆZÆRÆD SCHULÆZÆ/

Chemnizens. Misn.

Ad d. XII. April. Anno M DCLXXIII.

In Auditorio Majori.


WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M. D. C. LXXVIII.



САРДА КИОМУЯОЯО МАШОГИ

hết, sinh nở bao giờ cũng không quay



IN NOMINE SALVATORIS
NOSTRI CRUENTI!
PRÆFAMEN!

Ruentus cum in præsenti sæ-
viat Mars per Bataviam orasq; finiti-
mas, & sangvinolenta stringat arma
in Pannoniam non minus ac Poloni-
am, validissimos illos orbis Christia-
ni muros & propugnacula fortissi-
ma, aliax terræ, ab his licet remotio-
res, contremiscunt, protundentes subinde ad tantam sæ-
vitiem lacrymas, verè cruentas. Vel enim trahuntur
qvâdam fatorum vi occultâ, in justum doloris consor-
tium, vel formidant sibi instantia fata similia cruenta.
Non accersenda è longinqvo rei hujus exempla, nec pe-
tenda temerè à superioribus retrò seculis : MISNIA vi-
cina cruentas exhibet lachrymas in infante suo : P L A-
VIA tota stupet ad conclave sanguine rubens. Itane la-
pides de parietibus clamant, & ligna, qvæ inter junctu-
ras ædificiorum respondent! Itane animata anguntur
mœrore, ignara causarum mœroris, ac inanimata, natu-
rà exangvia, sanguine madent. Physici est, admirari opera
manuum divinarum, & assiduâ rimari mente causas illo-
rum, qvæ in corporibus eveniunt naturalibus, & secer-
nere adeò à naturalibus, qvæ qvidem naturæ superant
ordinem. Supremum veneramur Causam, ut clementer nostris ad-
spiret institutis, & provebat ea in nominis sui gloriam, & solidum
veritatis augmentum, ob sanguinem largè effusum nostri Θεανθεώπεω!

A 2

SECTIO

SECTIO I.
SISTENS CORPORA CRUENTA,
HUMANA.
CAP. I.
DE SUDORE SANGVINEO.

§. I.

Corpus humanum, ad institutum primævum, immortalatis capax, omniumq; corruptentium passionum expers, per labem sibi contractam, multis adeò ac infinitis prope modum exponitur malis. Sangvis, præsentissimum vitæ receptaculum & animæ vehiculū, qvot per universam ætatem hominis subit mutationes? Ætas est, qvâ humores in eo crescunt, decrescunt: aliâ, in illo prædominatur qualitas temperator, regnante sangvine in specie dicto: aliâ, calidior & siccior, prævalente bile: aliâ, frigidior & humidior, superante pituitâ: aliâ deniq; frigidior & siccior, vigente melancholiâ. Spiritus mox in isto, capiunt incrementum, mox decrementum: Et qvas non fovet formas, & quasi semina morborum surrecta mox in suos ortus, & sedem fixura in visceribus corporis? Dicitur sangvis per circulum qvasi, ingrediens vias à naturâ sibi apertas, egrediens easdē, & regrediens ad miraculum: deflectit tamen sæpenumerò ad recessus insolitos, & circulos sibi positos, impetu quasi facto, supergreditur.

II. Enimverò erumpit sangvis non minus è corpore vivo, qvâm demortuo: In vivo qvidem, vel per totum diffunditur corpus, vel in certis profluit partibus: Per totum diffunditur, sur gente sudore sangvineo. De cuius existentiâ eò minus dubitamus, qvò magis ille & evidentissimis probatur exemplis, & clarissimis confirmatur testimoniosis. Exempla Majorum suppeditant monumenta, recentiora decantant secula: *Andreas LIBAVIUS* part. I. p. 172. memorat anno præcedente Mauritiij Electoris interitum mulierem qvandam triduo sudâsse cruentum, qvod præsignasse Ducis cædem ominantur. *Georg. AGRICOLA* l. 2. de pest. refert, Misenæ mulieris, pestilentia correptæ caput & pectus triduo sudâsse sangvinem, anteqvam extingveretur: simile profrente *Salom. ALBERTO, & C. LYCOSTHENE* de prodigiis. *Guil. RONDELETIUS*, Medicus Montispassulanus l. de cognoscend. morb.

6. II.



c.ii. pronunciat, in Studio qvodam per poros cutis ab omnibus partibus sudorem serosum sanguineum ejectum fuisse. Gvil. FABRITIUS in observ. chir. p. 601. ex D. SPORLINI literis adducit vi- sum adolescentulum XII. annorum, è poris totius corporis cruo- rem sudantem, ut lodos & culcitrae infinitis sanguineis maculis pictæ, & cutis laborantis universa petechiis conspersa latiusculis in medio nigrum sanguinis concreti pori cujusque osculum ob- turantis punctum habentibus. Præteritis aliis benè multis exem- plis, ultima cito ex *Theatro EUROPÆO* tom. II. fol. 115, milite Geismaniæ Hassorum, anno 1630. mense Januarii, in lecto magnam sanguinis copiam sudante, ut linea plena croris, latera militis sanguinem madida tota, & abstergo licet cruro, rediret tamen is impetu quasi facto. Conferantur hanc in rem BARTHOLINUS in de *Cruce Christi*, exemplis pariter ac rationibus sudorem probans sanguineum, hypomn. IV. D. CLOTZIUS in de sudore Christi sanguineo, exercit. XII. p. 101. seqq. MALDONAT. in comment. super Matth. c. 26. mentionem injicit hominis robusti, beneq; valentis, auditâ in se capitali sententiâ Lutetiæ Parisiorum, sudore sanguineo fuisse perfusum. Hier. CARDANUS de variet. rerum l. XII. Melch. SEBITIUS exercit. med. XI. probl. 5. Lev. LEMNIUS l. 1. de complex. c. 2. Dan. SENNERTUS instit. med. l. 2. part. 3. sect. 1. Job. MAGIRUS phys. l. 5. c. 7. §. 42. & quæ sunt reliqui.

III. Experimenta vidimus; inquirendæ illorum causæ na- turales: In communi sudor excrementum est vaporis humidi, ex sententiâ ARISTOTELIS lib. 3. de part. animal. c. 5. juxta Avicen- nam, sanguinis serositas, l. 2. de sud. Ex alimento enim quod utile est ad nutriendas partes à facultate nutrice retinetur. Inutile vero ceu serosum abundans humidum secernitur & à facultate expul- trice per vasa sua ejicitur. Conf. B. SENNERTUS in Instit. Medic. l. 1. c. 9. pag. 65. quâ de re massa sanguinea non homogenea prorsus, sed diversarum maximè partium: Ut enim alimenta diversis con- stant partibus: ita diversitas in chylo, in sanguine: Verè Hippocr. l. 4. de morb. In omnibus cibis & potibus, & biliosi quid est, & a- qvosi, & sanguinei, & pituitosi, in alio plus, in alio minus: inde & partes massæ sanguineæ non ejusdem naturæ. Quò plus illi in- est materiæ serosæ ac aqvosæ, eo copiosior anrgit sudor: quò mi-

nus , eò rarior & paucior: sudor multus & sèpius frequentatus ,
insignem refert humoris copiam.

IV. Oritur itaqve sudor purè serosus in corpore humano
à natura , cum & eâ intentione ab hac ejiciatur, qvo abundantia
humorum repellatur, & optimus corporis status conservetur : in-
tellige sudorem è principio interno provenientem , & suâ sponte
surgentem : alia enim ratio est sudoris à principio externo , ut à
nimio æstu, aut motu vehementi aliisqve mediis sèpè violentis,
orti : alia qvoqve ratio est corporis humani optimè constituti à
qvo abundantia humorum exulat : & vitiosis humoribus , qvan-
titate aut qualitate peccantibus affecti. Qvo nomine non mo-
dò sudor à Medicis refertur inter res non naturales, sed & præter-
naturalis audit. Utut CARDANUS in comment. in apbor.33. seft.4.
mente suâ statuat sudorem totâ substantiâ medium esse inter ex-
crementum naturale & præternaturale : DIOCLES è contrario
arbitratus fuerit, nullum sudorem in corpore bene disposito ex
lege naturæ accidere. Quem confutavit GALENU斯 de diff. sym-
ptom.c.ult. & VALLESIUS controv. med. c. 2. At B. SENNERT.
l.i.c.9. rem expedire videtur , dum excretionem illam posse dici
naturalem vel præternaturalem concedit, aut respectu expellentis
virtutis, prout ea debilis sive robusta , & rectè vel malè agendo,
reddit naturalem vel præternaturalem excretionem : aut respectu
ipsius materiæ, qvæ æqvè vel naturalis, vel præternaturalis est. Ra-
tione principii itaqve expellentis naturalis erit sudor , saluti cor-
poris destinatus: Ratione materiæ expellendæ abundantis præ-
ternaturalis, cum in corpore optimè constituto tantum detur se-
rosi humoris , qvantum ad corporis distributionem requiritur.
Ita pro diversitate causæ efficientis , s. principii qvo & materiæ ,
ejusdemq; qntitate & qualitate naturalis alias, alias præterna-
turalis meritò nuncupandus veniet. Qyanqam Medicorum
principibus, ut Hippocrati, Galeno, Avicenna, res non naturales me-
diæ quasi sint inter naturales & præternaturales, illas tamen, qvæ
præter & contra naturam sunt, non discernunt adeò , sed permu-
tant facilè, ac unico nomine, θρόΦύση, describunt. Modus su-
dorem educendi, adducitur à Stephan. RODERICO, Castrensi, in
op. cui tit. qvæ ex qvib[us] l.i.c.23.p.54. triplex : qvod fieri possit, vel
extre-

excretionē, q̄i bonus est, maximē in subjectis sanis: vel expressio-
ne, cum in vehementioribus affectibus humidum nativum per
spiritū agitatos expellitur: vel resolutione partium solidiorum,
q̄ando partes succum nutritioni destinatum, assimilare neque-
unt, q̄ualis appetit sudor in morti vicinis.

V. Altioris indaginis est sudor ille sanguineus: Enīm verò, uti serofus humor usq; sanguini etiam corporis probè constitutū admistus est, ita sudor sanguineus in diversis variare potest subje-
ctis: vel enim maxima ejus pars serosi esse poterit humoris, levi-
tincta rubore, vel vero sanguini per omnia similis. *Naturalis* &
præternaturalis sudor hīc separandus à *supernaturali*: Ille q̄ippe
causas sibi vendicat à naturā: hic naturam superat, causam sine
causâ daturus.

VI. Qui à naturā descendit, sudor verē sanguineus spectan-
dus, q̄vo ad principium materiæ qualitatem & vasa deferentia. Prin-
cipium non adeò externum, sed internum investigandum: Etsi Mar-
cellus DONATUS in *bīst. med. mir. c. 2.* ad severet, herbam dari apud
Indos Hæmagogam, cujus succus, si corporis inungantur partes,
purum provocet sanguinem: Indus enim partes laborantes succo
herbæ inunxit, pannisq̄ve cooperuit; q̄vo facto per easdem partes
sangvis exsudavit purus, q̄vem Indus detergebat, remq; toties re-
petebat, q̄toties opus esse censebat, q̄vo pacto multos curatos à
maximis morbis peneq; incurabilibus; q̄vum multos ætate pro-
vectiore ingravescentes, ex tali curatione veluti reputescere vi-
fos, robustiori corporis habitu recuperato, refert. Internum verò
deducimus principium, tum ab affectibus animi concitariisimis, tum
ipsius corporis dispositione, tum facultate expultrice. Quantum va-
leant affectus in concitando sanguine, q̄vantāq; agant vi in cor-
pus, exempla loquuntur, experientia comprobat: In lætitia cor di-
latatur, & spiritus ad exteriores feruntur partes, ut rubicunda ap-
pareat facies, pleni oculi, ac vividus animus: In tristitia constrictio-
gitur, & ad internas partes rapiuntur spiritus, ut pallor emergat
in facie, tabidi oculi, & flaccidum corpus: In timore pallor in fa-
cie, ex retracto sanguine, q̄i prodit se trepidatione, postquam
sangvis spirituolus ad partes penitiores se recepit. Qvæ per spe-
cies deducit fusiùs famâ immortalis B. SPERLING. in *Zoolog. cla-*
sis

risimum timoris exemplum præbuit jam dū citatus ex Maldonato
homo robustus beneq; valens Parissensis, auditā capitali sententiā,
sudorem emittens sanguineum. Simile huic affert THUANUS
l. II. bīs. Præfectus montis Marini, cùm in obsidione ejus ab Augu-
sto Saleuciarum Principis filio notho, quasi ad colloquium ejus
fuisset vocatus, & captivus detentus morsq; interminata, nisi lo-
cum redderet, tantoperē indigno mortis metu affectus est, ut san-
gvineum sudorem toto corpore funderet. NIERENBERG. verò
cum historiarum Conditoribus recenset, Alexandrum Magnum
irā bileq; incensum in ancipite conflictu merum sudasse sanguinē
ac inflammatum ignes vibrasse: Cui adstipulatur P. BOVESTIUS
in tr. de hom. excellentiā, inqviens: Alexander cùm adversus Indos
decertaret, militesq; ve suos deficere animadvertiset, ardenti ani-
mi conatu, in pugnā adeò irā succensum esse, ut sanguinem è toto
corpore exsudaverit ac copiosè effuderit. Neq; ve tamen talis affe-
ctus vehemens in omni eundem statim obtinet effectum, sed rectè
annotante CASP. A REJES qv. 86, sed si qvando illud contingit
in bellicosissimo, ac fervente homine, ingenti irā percito, calidis-
simō spiritu, & calidissimo, biliosoq; sanguine pleno, q; vi poro-
rum & magnam raritatem habeat adjunctam, temporeq; ve re-
gione ferventissimus in magno conflictu positus sit, ejusq; ve causa
intus atq; ve extra excandescat ac furiis agitatus omnino bilescat
aut furat. Reqviritur itaq; ceu alterum principium intrinsecum, ad
sangvis illum fluxum corporis certa dispositio, vehementiori enim
accedente affectu, corpori ad reddendum cruentum disposito, ru-
bicundus sudor ille elicetur eò facilius: In qvam rem ARISTOT.
l. III. de paet. an. c. 5. sententiam suam his offert: Accidit nonnul-
lis, ut cruentum qvoddam excrementum sudarint ob vitiatum
corporis habitum, videlicet, cum corpus laxum fluxumq; esset
& sangvis tumesceret præ cruditate, ex imbecillitate caloris, q; vi
exiguis venulis inclusus coq; vere illum non posset. Et lib. II. c. 19.
sanguine nimium humescente, morbus infestat: Nimium enim
diluitur ac serefcit, ut qvidam jamdum sudorem sudaverit sanguineum.
Non dissimilis succei AVERROES meminit in Comment.
inqviens: Accidit, qvibusdam ex hominibus, ut sudent su-
dorem sanguinolentum, qvod evenit propter tenuitatem san-
gvi-

gvinis illorum, apertione m̄qve mirificarum venarum eorundem.
Et Theophr. ERESIUS, Aristotelis discipulus, lib. de sudoribus pa-
gin. 134. ait: Jam verò dicunt aliqui, etiam sanguini ad similitudinem se
sudorem, quemadmodum Monas Medicus dixit: Manifestum
est, quod ex attractâ multâ humiditate è venis, inconcoctâ verò,
quasi hæc segregata fuerit. Interdum enim & ipse sanguis in-
concoctus producitur. Ex quibus cruxis colligere causas, easq;
vel à toto accersere corpore, cachexia vitiatoq; laborante habitu,
vel à certis derivare partibus, contentis aut continentibus, in pro-
clivi est: Aut enim ea ab ipsius derivatur sanguinis conditione &
qualitate, quatenus ille vel nimium tenuis aut serosus, calore è
contrario nativo imbecilli admodum existente, qui sanguinem
excoquere ritè haud valet: inde & sanguis hic est dilutior, re-
præsentans ferè saturam, loturam carnium, aut rubram alvi pro-
luviem in dysenteriâ Epaticâ, ex mente SAL. ALBERTI. Quid
quod usu venire possit, ut sanguis attenuetur adeò, & corrum-
patur, ut consistentiam sibi debitam perdat, nec cogi amplius
possit, sed egressus tentet, sicuti ex plurimis meatibus, ita ex uni-
verso tandem corpore: Vel prout ille vi interdum pollere po-
test ipsa erodendi vasa, maximè nimium molliora, & imbecillio-
ra, aut duriora, & extensionis incapacia, aut tenuiora: à quibus
si transit ad poros, eosq; laxiores offendit, eò faciliorem
nanciscitur exitum, quò patentior est via: ex ratione datâ ab
ARIST. in antecedentibus. Ultimò facultatem respicimus expul-
tricem, quæ si excedit modum in expellendo, facultate ex ad-
verso retentrice deficiente, sudorem in corpore de se ad ta-
lem reddendum disposito, juvare potest maximè, & propelle-
re facilè.

VII. Colligere potiora in summam videtur CARDAN.
1. III. de sympt. caus. ajens: Omnia sanguinis fluorum causa
trifariam accidere potest: quippe vel facultas ora vasorum ape-
rit, ut in sanguinis fluore è naribus est videre: vel sanguis est
malè affectus, vel vasorum aliquod etiam malè affectum ruptum-
ve: Nec non D. SCHENCKIUS in synt. instit. med. p. 78. Si ca-
vitates in multitudine aut magnitudine, utrāq; vel deficiente
vel excedente peccant, actio laeditur facile: in magnitudine qui-

dem excedente, cum plus justo solito meatus aliquis dilatatur, & aperitur, qvo tria pertinent illa vasorum symptomata: *ἀναστομώσεις*, cum oscula vasorum nimis aperiuntur & dilatantur, ut in hæmorrhagiâ spontaneâ, vel nimio mensium fluxu: *Διαγέσσεις*, cum à causâ aliquâ morbificâ, ut erodente, vel incidente, aut rumpente aperiuntur: *Διαπίδησεις*, cum vasa ita rarefiunt, ut humores qvoqve transsudare possint, qvò sudor sanguineus referatur. Conf. & D. MOEBIUS in *Epit. instit. medic.* pag. 80. Et LAZ. RIVERIUS in *praxi medicâ l. IV. c.7. p.225.* hæc habet: Hæmorrhisia causa est sanguis, qvantitate vel qualitate peccans: qvantitate, venas rumpere aut orifica illarum aperire potest: qualitate, si nimirum calidior tenuiorqve fit, per anastomosin effluere potest, qvia calor orifica dilatat, & tenuis efficit, ut facilius effluere possit: vel diapedesin efficiunt, cum calor rarefaciat tunicas vasorum, & sanguinis tenuitas efficiat, ut per poros earum tunicarum transfluere possit: deniqve sanguinis acrimonia venarum tunicas erodit.

VIII. Nec prætereundus h̄ic nobis AUTOR ille, in libr. de utilitate respirat. inter spurious GALENI libros numerato, causâ sudoris istius sanguinei qværens in summâ animi contentione & vehementi spirituū in venis motione, ut ex hâc illarū aperiantur ora, reddentia sanguinē, qvi spumoso est propter spiritum sibi admixtum: Suffragantur huic qvamplurimi cum Sal. ALBERTO, adeo, ut hâc ratione habitâ insuper, aliæ adductæ Aristotelicæ, aut abeant in vanum, aut rem haur confiant. Econtra Marc. DONATUS in *bistor. medic.* adeo illam rejicit, ut vel illa sufficiens sit ad probandum discrimen inter veros ac spurious Galeni libros: qvod si enim ex istâ spirituum commotione sudor sanguineus moveri posset, ex violento corporis motu, dum violenter movemur, utiqve in talem sudorem deveniemus, cuius oppositum qvotidiè experimur.

IX. Sudor v. ille sanguineus Servatoris nostri, Θεού θρόνως, superat longè cancellos philosophicos, cum superet vel ipsam naturā: Naturalem illum qvi statuunt, cum Sal. ALBERTO in *orat. de S.C. Lev. LEMNIO l. II. de Compl. Job. MALDONATO in Comm. super Matthæum, Sebast. BARRADIO, CORNEL. A LAPIDE, CORNEL.*

NEL. JANSENIO, DREXELIO, GISB. VOETIO, GER. JOH.
VOSSIO, aliisq; plurimis, *Calvinianis, Pontificiis, Medicis, Philosophis*, citatis ex parte à B.D. KLOTZIO, *l.i. exerc. XII. p. 94. 95.*
96. injurii sunt in perfectissimam, incorruptam, & purissimam
Servatoris naturam, ut alias rationes, superiori cathedræ proprias, datâ prætermittamus operâ. Exposuit easdem justâ serie
laudatissimus KLOTZIUS; In corpore Servatoris nostri nulla cache-
xia, nec ulla habitus corporis depravatio, ut profluere sanguis po-
tuisset vel per anastomosin, vel diapedesin, vel diæresin: optimum
ejus exstitit temperamentum: nec venis sanguis, servatâ formâ
suâ substanciali, naturaliter per sudorem emitti potest: Et san-
gvis ichorosus, qualis est sanguinem sudantium, per naturam
non concrescit, in grumos autem congelatur, cùm extra venas
abit: Ex quibus inferendum, supernaturalem hunc fuisse sudore-
rem Christi, vel miraculosum, ratione subjecti, materiae, quantita-
tis, qualitatis, modi, consequentis coagulationis, grumorumq;. Conf.
Theologi amplissimis in Orthodoxam Ecclesiam meritis illustris D.
CALOVII Annotat. AntiGrot. cum aliis commentatoribus.

CAPUT II.

De

LACRYMIS SANGVINEIS.

§. I.

Spectavimus sanguinem per totum corpus humanum diffu-
sum: Spectandus nunc is ex certis, iisq; singularibus corporis
partibus prorumpens: Neque tamen h̄ic criticam qvandam cruo-
ris emissionem respicimus, sed magis symptomaticam. Subjectum
ejus est vel *immediatum*, qvatenus à venâ aut arteriâ profluit, iisq;
sive majoribus, sive minoribus: inde sanguis vel venalis, vel ar-
terialis, in vasis, aut extravasatus; vel *mediatum*, qvatenus egre-
ditur aut per palatum, aut os, ut sanguinei interdum sequantur
vomitus, aut per nares, aut mammillas, aut viam urinariam, ut
mictus sanguinis cernatur: quorum exempla adduxit B. SEN-
NERT. *l. IV. p. 2. f. 2. c. ii.* Joh. SCHENCK. *observ. medic. l. III.*
p. 579. & 977. seqq. Et BENIVENIUS de abditis causis, fluxum san-
gvinis ex poro, & menses vomitione ejectos adducit.

B 2

II.No-

II. Nostri verò fert instituti ratio , occasione datâ , rimari
causam lacrymarum sanguinearum , quales tulit ætas majorum, ad-
mirata nuper nostra est. ZACUTUS l. de prax. mir. obs. 50. refert
de juvene singulis mensibus circuitu qvodam sævâ vertigine
correpto , quæ, nullo auxilio proficiente, solâ evacuatione à natu.
râ factâ, qvievit, scilicet stillando sanguinem merum per canthos
oculorum , instar rivuli. FORESTUS juxta Casp. à Rejès sanguinem
in octuagenariâ ictericâ per tres septimanas ex oculis ema-
nare vidit. Et REMBERTUS DODONÆUS ap. Marc. Donatum
lacrymas sanguineas observavit in virginem quâdam sedecim an-
norum , cui cum menses non succederent, natura per oculos su-
perfluentem sanguinem expellere conata fuit , sanguineis guttis
lacrymarum instar, freqventer ex oculis profluentibus. Ezechiel
CASTRO, aliiq; plura talia citant exempla sanguinis ex oculo-
rum angulis manantis.

III. Clarissimum lacrymarum sanguinearum exemplum
præbuit infans in MISNIA Mens. Decembr. Anno 1670. natus,
qvarum veritatem asseruerunt non modò literæ ex inclyto Pro-
tosynedrio Electorali Dresdensi ad Venerandum Dn. D. Calo-
vium datæ , cuius rei mentionem injecti solenni illo omniumq;ve
primo die pœnitentiali ex suggestu , sed & Pastoris ipsius loci
Schreibicensis verba fide digna hæc habent : Ich habe das
Kind gefunden weinend / und ist ihm aus dem rechten
Augelein das klare Blut geflossen : Am Freytage in der
Fasten hat es angefangen / so oft es geweinet / Blut zu
weinen / Tag und Nacht : Man hat diese Tage keine
Wasserthränen gesehen / sondern allezeit natürlich
Blut ; wann ihm die Thränen nicht alsobald abgewis-
chet worden / ist das Blut auf den Backen geronnen
und hart worden : Dieses hat gewähr et den folgen-
den Sontag drauff / Montag / Dienstag / Mittwoche :
Donnerstags des Nachts hat es angefangen das erste-
mahl wieder einmahl Wasserthränen zu lassen / aber
in wenig Stunden haben sich wieder rechte Blutthrä-
nen

nen gefunden / und das ist das letzte mahl gewesen.
Aus dem Munde / Nasen und Ohren hat man nicht
ein Tröpflein Blut vermercket ic.

IV. Enimvero lacrymarum aquaearum ortum deducit B. SPERLING. in *Anthropol. Phys.* c. V. l. I. qv. 6. à cerebro, cum eæ non generentur in oculis, sed istuc à cerebro, tanquam in receptaculum idoneum transmittantur: duo enim in coctionibus cerebri excrementorum procreantur genera, unum tenuë, alterum crassum: tenuë, vel vapor vel humor est. Vapor per cranii suturas prudentissimè formatas exit. Hinc quibus ex vicio formationis desunt suturæ, continuo capitis dolore afficiuntur. Humor in oculorum glandulas detruditur, & ex iis per constrictiōnem foras propellitur: atque hæc aquositas lacrymarum nomine venit: lacrymæ enim sunt excrementum aquosum cerebri, cum ab hoc ad oculos transferantur, non quidem omnes eorum partes, sed ad angulos externos. Ibi enim glandulosa corpora extant, in quibus ad tempus resolvatur materies: alia quippe glandula lacrymalis, alia innominata: & apparent puncta lacrymalia ad maiorem angulum in utroq; oculo. Non obstante Nicol. STENONI de musc. & glandul. p. 48. videri, lacrymas esse humoris palpebras naturaliter oblinientis, ex glandulis per manifesta vasa eò delati, certo animi motu auctam quantitatem, ut non opus sit ad nervorum succum, cerebri serum, arteriarum immediatam exsudationem confugere. Unde vero illa humoris quantitas? Aut enim à cerebro, aut sanguine, aliòve principio: Nec confundendum temere lacrymarum principium remotum cum proximo, mediatum cum immediato.

V. Patet principium aquositatis lacrymarum, explicandum nunc cruentationis: neque enim crudus serosus humor, aut leví quâdam rubidine tinctus è memorati infantis oculorum angulis profluxit, sed veri nominis sanguis spissus atque crassus, qui in genis concrevit, concretus in particulas abiit. Evidem secundum naturam, aquæ, ex glandulis, tanquam spongiæ exprimuntur: præter naturam promanare sanguineas, damus faciles, neque tam protinus supra naturam. Res deducenda à principio, investi-

ganda ejus *causa efficiens*, spectanda materia, contemplandæ glandulæ, ceu medium, cum vasis lymphaticis. Sangvis instar oceani per universum diffunditur corpore à naturâ, & per circulationem, (qvæ nomen inventoris sui vendicat ab interitu, sive sit Cæsalpini, Aretni, ex mente Nardii, sive Harveji, Angli,) ex venis certis transit in utrumque cordis ventriculum, ex hoc per arteriam magnam in universum corpus. In qvam rem faciunt verba curiosi naturæ Indagatoris, D. SACHS. in *Oceano Macro-Microcosmico*, exponentis, motus sanguinis principium s. terminum à quo esse cor, ex quo sangvis per arteriæ magnæ canales in multivarios gyros exoneratur: subjectum fluxile esse sanguinem in venis ac arteriis contentum: vias, per quas peragitur sanguinis cordis fluxus & refluxus, esse venam cavam, sanguinem collectum in cordis sinum eructantem, & arteriam, cum ex venâ cavâ per arteriam rursus eructetur, ac in omnem corporis ambitum distribuatur: motum fieri à corde ad pedes faciliorum & celeriorum: à pedibus ad cor & caput, dextrum & sinistrum brachium esse difficiliorem magisq; lentum: Ex quibus colligit sequentem ejus rei definitionem p. 94. Circulatio sanguinis est motus violentus (cur non naturalis?) ab innatâ cordis contractione illum in arterias impellens proveniens, ut inde singulis corporis particulis alimentum & spiritus dispensentur. Conf. VOPISCI PLEMPII fundam. medic. Gerb. Job. VOSSIUS de idolatr. l. III. p. 826. hæc habet: Sangvinis duo sunt ex Epate itinera: unum in cor, ac porrò in cerebrum, ad generationem spiritus vitalis & animalis: alterum per venas totius corporis, ut tertia perficiatur concoctio. Consentientes v. in eo deprehendimus recentiores eosq; ve curatores naturæ scrutatores, sanguinem ex venâ cavâ in dextrum cordis ventriculum, ex hoc per arteriam pulmonariam in pulmones, ex pulmonibus per venam pulmonariam in sinistrum cordis ventriculum, ex hoc per arteriam magnam in totum corporis ambitum moveri: Ubi factâ conjunctione cum venis per αναστομωσιν, venæ exsugunt sanguinem, & iterum versus venam cavam, tandemq; cor vehunt.

VI. As-

V. Assertâ itaqve hâc sanguinis circulatione , sanguis naturaliter vias apertas ingreditur , easqve egreditur : accedente verò qvodam symptomate , materiâ peccante , in excessu aut defecitu , superveniente obstructione venarum ordinariarum , ordo naturæ turbatur facile , natura limites supergreditur positos , exitusq; qværit insolitos . Sic in citato à ZACUTO juvene fortè admodum serosus fuit sanguis , in caput delatus , & ad vasa illa , qvæ juxta oculos aquæ lacrymarū humorem continent , recurrens , stimulante naturâ . Nec mino sanguis in octuagenariâ iætericâ per tres septimanas ex oculis emanavit , forsitan vasis à copiosâ bile apertis . Et Phil. HECHSTETTERUS observ. medic. dec. I. in undesemestri puellâ lacrymas sanguineas effluere vidit , eò qvod venæ sanguine repletæ , tenuitate & acrimoniâ laxatæ , apertæq; sanguinolentum illum effuderint humorem . Ita verò peccavit hic sanguis qualitate , & quantitate excedente : Deficiente autem in Matronâ qvâdam Mariti mortem sanguineis deplorante guttulis , referente BARRADIO , conc. Evang. t. 4. l. 6. & DREXELIO . Et THEOPHYLACTUS memorat de Maria virgine , juxta Th. BARTHOLINUM , sanguineas eam profudisse lacrymas , deflens Filii sui cruciatus , acerbissimo doloris sensu . Inde in proverbium abiit penes Germanos : mit blutigen Thränen etwas beweinen . Ex obstructione oriri lacrymas , edocet Medicorum chorus , maximè in sexu fœmineo , menstruo laborante sanguine , ut Brassavola SCHENCHIUS 4 aphor. 25. DODONÆUS , obs. c. 15. aliiqve : Et in virgine illâ sedecim annorum , sanguineas guttulas lacrymarum instar freqventer ex oculis dante , venâ intalo scissâ , cessarunt lacrymæ sanguineæ . Nostro exemplo accedit proprius , si ætatem species , illud de septimo Ingarum Peruanorum Rege Vahuar Huacac , qvi guttas flevit sanguineas puer aut recens natus , quo de Job. Euseb. NIEREMB. hist. nat. I. V. cap. 6.

VII. Positis variis causarum generibus , facile surgunt lacrymæ sanguineæ per vasa deferentia : Sicuti enim aliæ lacrymæ naturaliter mediantebus peculiaribus ductibus , lacrymalibus dictis ,

dictis, ex glandulis lympham deferentibus, qvas Medici dispe-
scunt in conglobatas & conglomeratas, prorumpunt: ita &
pro re natâ contingere potest, ut arteria maximè præter naturam
qvâcunqve aperiatur ratione, sive per *avæctiūm*, sive alium mo-
dum, sangvis ex arteriis in glandulas infundatur, per ductus ef-
fundatur, ac ex eo lacrymis sic dictis, rectius erumpenti materiae,
vel qvædam se admisceant sangvinis guttulae, vel purus ac spissus
egrediatur sangvis, concrescens in genis postmodùm, ac in par-
ticulas abiens, qvalem videre licuit, in *memorato infante*. Expli-
cat mentem suam hâc de re *Franc. Doleboë SYLVIUS* *disp. med. V.*
part. 1. statuens, vasis lymphaticis commercium esse cum glan-
dulis & conglomeratas continuè suum in certas cavitates effun-
dere contentum, ut oculos, aures, nares, os &c: glandulas esse cri-
bra, hoc modo conformata, ut dum ex arteriis in venas per ca-
pillaria transit sangvis, liberatæ à sangvinearum amplexibus se-
rosæ partes, caloris vi per convenientes sibi poros expellantur,
in capillaria lymphaticorum, concurrente nervorum extremis
venis affixorum directione: Calculum huic addente suum cita-
to modò *Nicolao STENONE*, cuius inventa propria collecta
in summam, invenies in *Ephemeridibus Eruditorum* anni 1666,
1667, 1668, gallicè primùm editis, nunc in Latinam lingvam con-
versis, p.iiij. Confer. *CHARLETON. Exerc. IX. anat. GLISSON.*
anat. Epit. WARTHON. &c.

CAPUT III.

De

CADAVERE CRUENTO.

§. I.

VIvum spectavimus hominem, occisum nunc spectandum
sistimus, cruentatum ad præsentiam occisoris. Non cumula-
bimus exempla exemplis: pro nobis loquantur *SIMON MAJO-*
LUS in dieb. canicularib. *WEINRICHIIUS de ortu Monstrorum*
8.17. *LEMNIUS l.2. de occulte naturæ miraculis c.7.* *LIBAVIUS*
in tract.

in tract. de cruent. cadaver. CASMANNUS in *Somatologia aliig.*:
In specie D. CLOZIUS in tract. memorato Exercit. 14. p. 133. singu-
laria quædam refert exempla. Ut de Aulico quodam perem-
pto, cuius cadaver, applicatis manibus aliorum pectori, nullum
sangvinis dedit signum: applicata verò manu occisoris, tam ex
vulnere, quam ex naribus cadaveris, magna erupit sangvinis co-
pia. Ut hāc re motus Rex Christiernus II. dictum modum explo-
randi cædium autores, in toto regno suo postmodum passus
sit observari. Idem refert de manu resectâ cujusdam occisi
ac in carcere reservatâ, post decem annorum intervallum, ad
præsentiam occisoris sangvinem stillante. Quæ habet ex ore il-
lustris H. RANZOVII, adjunctis aliis singularibus.

II. Non desunt, qui causis naturalibus in solidum hunc cada-
verū tributuri fluxum, vel reliquiis veteris animæ, vel spiritibus resi-
duis, eum vendicant: Huic mentis est NEUHUS. l. 3. sacr. fatid. c. 4.
p. 160. inqviens: Vivit in peremtis ad septem plus vel minus horas,
insitus sanguini calor, duratque interior agitatio, spiritibus calo-
ris fomento perseverantibus; quod si tempore superveniat sica-
rius, vulnusque inspiciat, sanguis è vindictæ cogitatione, inflam-
matâ bile accenditur, raptimque totâ vi ad plagam devolutus,
convolantibus simul undique Spiritibus in adversarium pro-
filit, in quem se quoque jam ante iracundia æstu concitârat:
ita auctorem cædis nondum extincto calore, dissipatisque Spi-
ritib⁹, effusus in ultionem sanguis designat. Exemplo rem deducit
GASSENDUS Phys. f. I. l. 6. c. 14. Mirabile, ait, certè nobis olim
fuit videre, suum gregem in medio foro gruientem, torveque
obtuentem, pertransiente non procul Ianio: sed nempe vel ipsa
vestigia intersectorum recens suum, quæ in vestibus, manibus
cultroque immanebant, spirare adhuc videbantur cædem simi-
lem ob emissâ corpuscula, quæ visu seducta alienosque motus sub-
euntia horrorem creabant, & internacionem consimilem mi-
nitabantur. Eodem modo potest aliqua veluti colluctatio fieri,
inter occisi spiritus in sanguine superstites & appellantia ab oc-
citore corpuscula, iis consimilia, quæ occasionis tempore horro-
rem summū incusserunt: CAMPANELLA l. 4. R. N. causam hujus

C

cruen-



eruentationis rejicit in reliquias animæ: ATHANASIUS KIRCHERUS in arte Magnetica l.3. part.7. p.563. Spiritum quendam inimicitie egredi arbitratur ab occidente in occidendum in ipso actu occidendi: præsente dein occidente, spiritum illum ad suum totum, scilicet ad occisorem remeare ac profilire, eoq; ve motu sanguinem è cadavere effundi. Hujus sententiæ sunt etiam MAJOLUS I. & SPRENGERUS, TADDÆUS alijqve. Pari ratione GALEOTTUS MARTIUS in l. de doctr. promise. ait: Cum occisor furore ductus, hominem aggreditur, cuncti spiritus, qui sui sunt, opus juvantes, in occidendum convolant, sicuti de more eorum est: itidemq; hominis trucidandi in occisorem tendunt, quo ira corporis sui profilit, ita, ut in occisorem volent, ibi q; vivant. Cum ille occisus est, sanguis jam frigefactus fluere desinit, sed comparente occisore, spiritus utriusq; diverso modo agitantur: qilibet corpus suum repetens motum facit; unde & hominis occisi spiritus redeentes, sedemq; suam repetentes, & occisoris recedentes, ut ad corpus redeant, faciunt motum ejus rei, quam habitant: habitant autem sanguinem, & hoc pacto sanguis jam frigidior & ad fluxum ineptus, ab occisoris & occisi spiritibus vi multiplicatâ agitatus, rursus fluitat.

III. Verum nullæ propriæ animæ veteris dantur reliquia, cum simplex illa sit & vel maxime indivisibilis, nisi velis statuere cum qvibusdam Jenensibus Philosophiae Doctoribus, animam quandam remansisse in occisi cadavere, realiter distinctam à rationali. Qvæ confutavimus jam dudū in tribus Dissertat. CL. Hundshagen / Prof. nunc Jenensi Publ. oppositis. Neque tribendum hoc spiritibus residuisse: qvī enim (sunt verba B. DANN. HAWERI) ad unionem sui hostis sanguis inclinet, si antipathia concitat? cur si à naturâ hæc est concitatio, non semper accidit? qvo altore vis ista impressa, spiritibus jam dissipatis, calore ejecto, perseverat? Cur corpus occisum vivacem ejusmodi motum concitat, non idem corpus vivum saueriatum?

IV. Alii qvippe totam regntribuant Antipathia, ut Martinus DELRIO l. 1. disquisit. Magic. c. 3, q. 4. Levinus LEMNIUS l. 2. de occultis naturæ mir. c. 7. GREGORIUS THOLOSANUS l. 36. Syn-

tagma

*IR.
dem
ipso
um
otu
MA-
one
cci-
sui
orū
ira
nt.
sed
an-
no-
es,
um
cto
cisi
in
iae,
ne-
ni-
im
CL.
m-
N.
ia
c-
o-
di
it
de
n-
80*

tagmat. c.24. MAGIRUS l.3. Philosoph. Peripat. c.8. T. BRIGTHUS,
Quibus accedit D. CLOZIUS l.c. p. 151. asserens fieri posse, ut
Spiritus, quos reliquias dicimus esse veteris animæ, in corpore re-
sidui, ex Antipathiâ occisoris præsentis excitati sanguine in foras
protrudant. Alii v. Sympathia, cum Vincentio, Scribonio, Pet. Appo-
nenſi &c. At Antipathia & Sympathia nō in momento, quo occisor
ſe per numero peregrinū à tergo adoritur, paratur tēporis, sed natu-
ralis quā maximè est, propriissima, constantissima: Non nunquam
viget inter viva, ac demortua corpora, quousq; qvidē se extendit
ſphæra ejus activitatis. Non perpetuò ſtillabunt sanguinē cadave-
ra, etiā perpetuò fuerit inter occiforem & occisum Antipathia,
vel Sympathia. Facilius profluet ſangvis ex cadavere recenti,
quām putredini obnoxio. In illo naturalis contingit fluxus, in
hoc potius supernaturalis, ut *Causa illa sine causâ*, eaq; ſuprema
palam faciat, vocem ſanguinum innocenter proforum fu-
premas petiſſe nubes, ac à ſe eſſe exauditam: & ob iuſtitiam
ſuam ſiſtere ſe, per hoc medium insolitum licet, nefandum eadis
auctorem. Confer. B. SPERLING. Institut. Physic. l.2. & D. NYM-
MANI *Oratio de imaginatione.*

SECTIO II.

De

SANGVINEIS CORPORIBUS BRUTO- RUM, PLANTARUMQUE, FRUCTIBUS, METALLO, ELEMENTIS, METEORIS.

§. I.

Nec minùs magnum naturæ Vividarium & Viridariū cruenta
ostentat corpora. Prætermittim⁹ vetustiora, animum daturi
recentioribus. A fide dignis relatū fuit, in Misniâ cornu cervi re-
pertū præterito año, ex quo tres ſanguinis modii effluxerint. Cor-
nua qvidē cervina de novo ſuccreſcentia teneriora ſunt, quæ per
violentiam avulſa, plurimum cruoris de ſe dare poſſunt: anti-
qviora verò, quò ſolidiora & duriora, eò minus cruoris promit-
tunt. Majorem meretur admirationem cornu cervinum, quod
domus Würtenbergica habet in insignibus, memorante CRU-
SIO part.3. annal. l.12. c.37. A. 1588. ſanguinem ſudans, cum jam ante

C 2

yigin-

viginti annos à cervi capite resectum , parieti affixum , & magnæ
cujusdam personæ ex illustrissimâ illa Domo præsagiens obi-
tum . Pari ratione Anno 1525. ante diebus , qvām rusticorum in
Germaniâ belligerantium clades esset , in Germaniâ superiore ,
& Anno 1546. paulò ante exortum inter Imperatorem & Prote-
stantes bellum , cornu cervinum sanguineo sudore madidum fuit
ut & Lipsiæ Anno 1576. in ædibus Thomæ Freunds / testibus
ZEILERO & PABSTIO in seūm Arzney - Kunst- und Wunder-
Buch : & BUNTINGERUS plura adducit exempla fluxus san-
gvinis è parietibus & cervi cornibus de Anno Christi 1580. Sci-
licet qvæ terminos naturæ excedunt , ex principiis naturæ haud
dijudicanda sunt . Ut taceam in præsenti de panibus , ante cædem
Julii Cæsaris Romani cruentatis , carnibus coctis , piscibus , pisis , a-
liisqve ferculis sanguineis , qvorum gratiâ experientiam in nostras
vocamus partes , cumulatissima decantantem exempla .

II. Quid referam de uvis cruentis , qvas Hungari Anno
1546. decerpserunt , recensente GHONNEYERO ? Quid de vino ,
ut ter in cruorē mutato , Xerxis meditantis bellum contra Lace-
dæmonios , juxta Job . Fincelium in den Wunderzeichen ? Quid de
spicis cruentis , metentibus apud Antium obviis , de qvibus Vale-
rius Maximus l.l. c.6. n.5 ? Quid de aristis illis sanguineis , A. ante
Christum natum 215. desuper delapsis , juxta LIV. & POLYB ? Quid
de totis agris sanguinem sudantibus , eoqve mortem possessoris
præsagientibus , de qvibus Heinr. KORNMANNUS de miracul.
mort. c.7. p.6 ? Et memoratu dignum est , circa urbem in Italiâ , no-
mine Tendore , si alicui civium aut laboratorum moriendum eo
anno , cum terram laborat , apparere clarè magnam effusionem
sanguinis , eumq; significare mortem proximam possessoris istius
hæreditatis .

III. Aurum cruentatum exponit Nicolaus ISTUANSIUS
Pannonius in hist. de reb. Hungaricis , seqventibus verbis : Fœdi res
exempli est , qvemadmodum ultra Danubium in Redei castris
factitatum , ita hic qvoqve Christiani nominis captivi Tartaris
& Turcis in perpetua mancipia venditi fuere , tantaq; Haidonum
feritas & inhumana rabies fuit , ut multos propinqvitate & san-
gvine sibi junctos divenderent , qvodqve execrabilis est , à mul-

tis

tis fratres & sorores barbaris aurum solventibus per auctionem,
nec secus ac bruta animalia venum exponerentur: Sunt, qui
horrendam rem per se miraculo divinitus notaram addant, ex
auro nempe à Tartaris cuiquam Heidoni Christianos vendenti
pueros numerato, cruentum manasse, quo impiæ manus & mar-
supia abominandi hominis macularentur.

IV. Nullum verò convenientius, nullum freqventius
subjectum recipiendi colorem cruentum, Aqvâ est. Vetustio-
ribus dimissis exemplis, de mari Britannico, ante fata Claudi Tiberii Drusi sangvinem referente, aliisq;, fossam *Hallensem*
Saxonum anno 1631. ante prælium. *Lipsiense*, Vid. *Lis.*
Beckeri tract. von Schwefel-Regen/ & Lipsiensem in ejusq; ve-
ciniæ piscinā *Meuselvvirzi*, eodē anno ante prælium *Lützense* V.
Albini Chron. in sangvinem versas, adducim⁹: Qveis jungim⁹ il-
lud, quod cōtigit Bescoviae, in viciniâ Patriæ meæ A. 1644. Refe-
rentis verba, typis expressa, sunt sequentia: Es ist vor d'Stadt
am euersten Tham auff der lincken Seiten/ nach dem
Frankfurtischen Wege ein grosser tieffer Pful / der
immer bleibt: als nun etliche Tage die Wasser hart
gefroren/ und dieser Pful auch mit dicken Eise bestan-
den / ist den 1. und 2. Februarii ein weich Thau und
Regen-Wetter eingefallen/ wovon das dicke und erste
Eis mit Wasser beschweiñet/ und das Wasser durch den
Morgenfrost auch mit einem ziemlichen Eis überzo-
gen worden/ daß also Wasser zwischen zweyen Eysen
einer guten Handbreit fast gestanden ist. Dieses
Wasser zwischen den zweyen Eysen ist am 3. Februar.
früh bis nach Mittage Bluthrot gesehen worden/
nicht durchaus über den ganzen Pful / sondern mit
dreyen weit unterschiedenen starken Strichen und
grossen Adern / so sich nach der Länge über den Pfuel
erstrecket; als man nun das ober Eis eröffnet/ sind hin
und wieder/ wie natürliche Blutquellen herfür gesloß-

sen/welches etliche hundert Menschen mit Verwunderung angesehen/und das Blut-Wasser mit allerley Gefäßen geschöpfet. Das unterste Wasser ist in seiner natürlichen Gestalt rein befunden worden. In den Gläsern hat es anfänglich dem Blute ganz gleich/hernach wie *tinctoria rosarum* ausgesehen. Et recentius proditum exemplum in vicino Jütrebocensi tractu, qvo glacies retulit stellas sangvineas & concussa, edidit sangvinē, per sex horarum spatium, cum omnium adstantium insigni concussione. Conf. *Theatr. Europ. Jul. Obsequens de prodig.*

V. Communes ferè cum aquis fluvialibus aliisq; causas, habent aquæ pluviales sangvineæ, qvarum copiam insignem præbent monumenta veterum & recentiorum : Loquitur pro nobis *Italia*, cū sangvinea biduo in area Concordiae Romæ pluvia deciderit, de quā aliisq; exemplis *Livig: Gallia* idē experta in oppido Rhocello Anno Domini 1163. referente Roberto de Monte, & 1456. ad portam Veneris 1541. memorante *Büntinger: Lusitania* Anno 1551. juxta Sleidanum: *Lombardia*, per tres dies totidemq; noctes sangvineam vedit pluviam, Ao 864. V. *Dresser. Chron. Helvetia* 1274. anno, narrante *Jovio: Bavaria* A. 1349. pronunciante *Stumpf: Borussia*, anno 1625. *Saxonia* Anno 1548. *Silesia* An. 1268. attestante *Hammero: Bohemia* An. 1416. pronunciante *Hagetio: Westphalia* An. 1543. senserūt similia. Juxta *Libertū Fronmondū l. 5. Meteorolog. p. 331*: Sangvinei imbres omniū prodigorum frequentissimi sunt: *Peucerus de divinat.* notavit, suā ætate imbres sangvineos, scintillantes inter pluendum guttas & fervidas pluvias frumentaceas, inusitatæ magnitudinis grandes ceu arte, figuris hominū ex politas, multas lensisse gentes. Et *Cluverigin Append. Epitom. Hist. ad An. 1632. pag. 38.* memorat, terram passim sangvineis conspersam guttis, stagna tota in cruentrem versa apud Saxones: sangvinem in panibus, ocreis, pavimentis, arborumq; foliis repertū: naturam credite, ait, vanitati obnoxiam congregescere sangvinolentis machinationibus, siue liberationem parturire. V. D. *Thuanus l. 27. hist. sangvineas pluvias attractis atomis ex terra polari, decantans.*

VI.

VI. Enimvero multa videntur, quæ non sunt: Parallaxis sæpenumerò fecellit visum: ejus rei exemplum præbet ipse *Scripturæ liber 2. Reg. 3. v. 22*, ubi Moabitæ accinæti ad prælium, cum tribus Regibus dimicaturi, primo surgentes mane & orto jam Sole ex adverso aquarum, videbant aquas rubras, quasi sangvinem, dicentes: Sangvis gladii est, pugnaverunt Reges contra se & cæsi sunt, nunc perge ad prædam Moab: Scilicet recipit splendida Aqua species sparsas ab aliis sibi oppositiscorporibꝫ, & non minꝫ qualitates reales, quam intentionales de facili exprimit. *Peirescig, citatus à Gassendo l.2. in vita ejus p. 270.* assserit, ejusmodi guttas per agros oppidorumq; parietes resperfas non ex pluvia deciduâ, sed ex frequentia papilionum, qui circiter aestivum Solstitium ex erucis vel chrysalidibus formati avolaverint, ac illis in locis interqvieverint. Concluserat enim Peirescius ante aliquot Menses inventam aliquam chrysalim, deposito spolio, magnitudine formâq; insignem: ejus cum amplius non meminisset, excitari bombum inaudiit intra pyxidem, eaq; ad apertâ deprehendit chrysalin deposito spolio, factam ex erucâ papilionem pulcherrimum, qui statim avolaverit & reliquerit in fundo guttam rubram. Qvoniam vero id contigit circiter idem mensis initium, ac per idem tempus observata est papilium confertim, ac per aere transvolantium incredibilis multitudo: idcirco opinatus est, papiliones hujusmodi interqviescentes parietibus diffusisse illic quasi excrementum, guttis simile. Quare iteratò accessit & comprobavit, guttas illas non supra ædificia, non in devexis lapidum superficiebus extare, uti debuerat contingere, si è cælo sanguine pluisset: Sed in subcavis potius ac in foraminibus, ubi animalcula potuerunt quasi nidulari. Accessit, quod parietes illi tingebantur non quidem in mediis oppidis, sed qui agrorum vicini erant: neq; secundum partes elatiiores, sed mediocrem saltem altitudinem, quantum volare papiliones solent. Hæc ille. Speciosius vero illa dicuntur, quam probantur: Concedamus Peirescio Gallo papiliones emittere humorem rubicundum, qui habeat convenientiam cum sanguine, non vero identitatem: Neq; enim concedet ipse, papiliones tantum profundere

sangvi-

sangvinem: Papilio quippe est animal minus, infirmius & commissuris insignitum. Multò minus negandum temerè, datam fuisse pluviam sangvineam, papilionibus non apparentibus, aut ob loci aut tempestatis diversitatem: imò sangvinem fuisse conspicuum non modò in parietibus, & inferioribus ædificiorum partibus, sed & superioribus, eumq; defluxisse in plateas, campos, hortos.

VII. Si deniq; ex naturali fonte, quædam sanginea derivanda est pluvia, proprius rei accedere videtur Gerhardus Johannes Vossius l. 3. de orig. & progressu Idololat. c. 12. Sangvineus, ait, apparet color, quia vapor exhalat ex locis minio aut rubricâ abundantibus, quomodo nix in Armeniâ quandoq; est rubra ob minium, quo regio illa abundat, teste Eustatio: vel sangvineus est, locis sangvinolentis, quomodo, qui post prælium Cimbricum sangvine pluerit, magnæ hominum stragi tribuitur à Plutarcho in Mario: vel à calore Solis intenso: calore enim ruborem aquis conciliari, cognoscimus ex urinâ febricitantium, item aquis per calidos cineres decolatis. Etsi verò concedamus Vossio, cæterisq; hujus mentis lectoribus, pluviam vel nivem minio sursum elevato affici quodammodo posse, non secus ac sulphure, aliisq; effluviis: quid verò statuendum erit de terris minii expertibus? Quæ causa danda sangvineæ ibi decidentis pluviae? Neq; loci ratio curiosum sedare animum potest, siquidem non omnem sangvinis pluviam antecedunt prælia atq; cædes. Videatur introduc̄tio ad scientiam naturalem Burseri l. 2. c. 10. p. 436. & Petrus Gassendus in Physic. sect. 3. L. II. c. 2. p. 77. Neq; calor solaris tantatum virium est, ut ruborem aquis inducere queat: Etsi enim ille incumbat aquis meridionalibus per maximum sæpenumero temporis spatium: nulla inde rubedo, nullus color sangvineus. Urina est aliquod heterogenei, diversa in se continens: discernenda contenta sunt à continente: prodat se interdum calor per rubedinem, non tamen ubiq; calor, ubi rubedo, nec ubi rubedo, ibi calor.

VIII. Licet itaq; vel Aqva vel pluvia variis affici posset effluviis, rubedinem quandam conciliantibus: pernegamus tamen, verum sangvinē in iis ex naturalibus oriri causis: Supra natu-

natutam illa sunt, non iuxta naturam. Recte in hanc rem post
funera celeberrimus B. SPERLINGIUS in Disputat. publicâ de me-
teoris aquaeis §. 7: qværitur, an lacte pluere possit naturaliter, aut
sangvine, aut carne, aut vermibus aut muribus? Historiæ non
desunt, qvibus facta esse probatur, fieri non posse, qvin putent
mortales. Sed sæpè rumor superat facta. Nemo qvod vidit,
qvodq; audivit, tacet. Nemo etiam, quantum vidi audivitq; ve-
loquitur. Geminant homines visa & audita: sicut Echo, sonus
iste convallium: Facile decipitur, qvi facile credit. Nequit na-
turaliter pluere lacte aut sangvine, aut carne, aut aliis ejusmodi.
Repugnat & pluviarum & corporum horum natura. Cum quo
facit B. Jacobus MARTINI, in qvæst. Illustrib. B. SENNER-
TUS, B. DANNHAWERUS, anteà citatus BURSCHERUS,
CLOZIUS.

SECTIO III. De ARTEFACTIS CRUENTATIS.

§. I.

Non nescii sumus, artefacta à Physicâ exulare scientiâ, cujus
est, in naturalium, non artificialium inquirere causas. Enim-
verò cùm artificialia duplii spectari possunt ratione: mate-
rialiter, vel formaliter: ut res naturæ, vel res artis; nostri insti-
tuti fert ratio, illa non tractare adeò formaliter, sive qvâ res artis
sunt, sed materialiter sive qvâ res naturæ, ac in cruoris promanan-
tis causas subinde inquirere, ac discernere supernaturales à na-
turalibus.

I. Recentiora magis tenent animos, qvâm antiquiora:
Non referam de sangvine ex parietibus, ceu fonte, promanante
in Italiâ A. 568. ante invasionem Longobardorum: nec de san-
gvinis fluxu ex parietibus & cervorum cornibus, A.C. 1580. juxta
BÜNTING: Admirandum potius præbuit, elapso modo anno, hu-
jus rei exemplum *Plavia Variscorum*, qvod non modò novellæ
iteratis vicibus, sed & Electoralis Qvæstor ejusdem loci, retule-
runt abundè, ex ore personarum publicarum, verbis sequentibus

D

33

In Plauen den 25. May dieses 1672sten Jahres am
Pfingst heiligen Abend zwischen 3. und 4. nach Mittag
wurde angezeigt / daß in Leonhard Weckerleins
Hause in der Wohn-Stube aus den Wänden / Decke/
Boden / Tische / häufig Blut heraus gedrungen sey :
Anfangs kleine Tröpflein / welche sich hernach so er-
grössert / daß kleine Blutpfützen endlich zusammen ge-
flossen sind / theils Hand / theils Thaler Breit / daß man
nicht wohl treten hat können / und wenig Raum zum
gehen behalten : Ja es ist weiter heraus geflossen aus
den Bänken / Werkstühlen / dürren abgescheelten Wa-
cholder Stecken / einem Schreib-Schiefer / und auf
abwischen hat es sich wiederumb ereignet. Die Weeber-
Stäbe sind in ein Tuch eingewickelt / durch einen Boten
dem Fürsten zu Zeiz überschickt worden / und als der
Stab ist aus dem Tuch genommen worden / ist lautet
geronnen Blut in dem Tuch gewesen / und der Stab
selbst hat Tropfen-weise Blut von sich gegeben / ic.

III. Simile quid habetur in *Theatro Europæo* in Annum 1636.
seqventibus verbis descriptum : In der Stadt Meissen
hat sich dieser Tage ein wunderlicher Handel zugetra-
gen / daß ein Schumacher Holz geschnitten / aus wel-
chem recht natürlich und zwar warm Blut geflossen /
welches von vielen Leuthen gesehen und gesamlet / und
auf eines Erb. Rath's Befehl auf das Rathhaus da-
selbst getragen worden / welches von ihnen selbst gedeu-
tet / dß das Meissner Land noch viel Blut schwitze müste.
Aliis de artefactis cruentatis innumera propemodum patent ex-
empla. De vexillo, Cæsareis insignibus conspicuo, refert idem
Theatrum Europæum part. 4. fol. 94. De falciculâ madidâ san-
gvineis guttis LIBAVIUS part. 2. p. 177: De Peplis puellarum cujus-
dam

dam Leodiensis, mutatis licet, cruore tamen stillantibus perpe-
tuò, FROMONDUS l.5. Meteorolog. c.6. artic.3. p.332: De scutis
in Siciliâ sangvinem stillantibus, VAL. MAXIM. l.1. c.6. tit. de pro-
digiiis: de cruce ligneâ Pragæ cruentatâ, qvam insecura est hor-
renda famæ & pestis, Michaël SAXO, & KIRCHERUS de ligneâ
cruce, ex omnibus articulis ad integrum fermè horæ spatium
sangvinem sudante, Bemburgi in æde hospitali Anno 1551: de si-
mulacris Bemburgi cruentatis largè: De imagine Christi à Judæo
quodam multis blasphemis affecto, è cujus latere tandem lanceâ
percusso, sangvis manavit, memorat quidam ATHANASIUS.
Qvò referenda historia, de hostiâ Brandenburgi, in sacrâ Synaxi ac-
ceptâ, retentâ & Judæo pessimè venditâ, à qvo cultello perfora-
ta & perfossa, sangvinem stillavit juxta monumenta Bran-
denburgica, ubi cultellus conspiciendus hodiernâ etiam luce
exhibetur. De imaginibus verò Jesuli matris Deiparæ alio-
rumqve Sanctorum qvid memorabimus? Non omnem fidem
iis denegamus, neqve tamen omnem fidem Papicolarum nar-
ratis damus. Confer. Justus LIPSIUS, NIERENBER-
GER. in lib. I. de miraculorum nat. CLOTZIUS loco sa-
pius citato. Aliis exemplis data operâ insuper habitis, imagi-
nem SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ crue-
tam ex Theatro Europæo fol.818. part. 5. præ cæteris sistemus:
**Ganz wundersam und notable waren die Blut-
Zeichen / so sich dieser Tagen (Anno 1645.) zu
Leipzig sehen ließen. Unter andern thäte des
Kurfürsten Bildnüss etliche Tage Blut schwie-
zen / daß / ob man gleich das Blut abwischte / den-
noch alsbald wiederumb auf dem abgewischten
Fleck Blut herfür gedrungen. Dieses haben viel
Menschen gesehen / bis endlich das Kontrafen auf
das Rathhaus gebracht worden.**

III. Quæ

IV. Quæ pleraque causas naturales superare longè , quis ambiget? Subest ibi causa sine causâ , & principium sine principio. Supernaturalia discernenda à naturalibus : Ex naturalibus resultat causis , si artefacta ligna rubicundo colore perfusa, sanguinem minus sapientibus stillare videntur : Physicus accuratius inqvirit in rerum causas , & apparet à vero discernere novit : Omina latent sub istis prodigiis, soli Numinis cognita, & venturis expectanda diebus : Exempla superiorum seculorum prædicarunt pestem , famem exquisitam , & cum maximè sanguineam hominum stragem.

Utinam & ille in his oris supra naturæ vires prorumpens sangvis non referat vindictam Numinis justissimi sanguinolentam propter scelera admissa, rubra, instar vermiculorum & cocci- ni, sanguinem nostrum poscentia! Qvod deprecamur profundissimis suspiriis & lacrymis sanguineis, implorantes gratiam benignissimi Patris, ob cruenta vulnera nostri
Ωσαὶ Θεωπός!

CUI
SIT LAUS, HONOR ET GLORIA
IN SECULA NUNQVAM
TERMINANDA.

16 37 9 01



qvis
inci-
libus
san-
cura-
e no-
, &
rum
fan-

159
ov
pens
len-
acci-
dis-
n

A

ULB Halle
004 778 596

3



VDA





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-18941-p0032-2

DFG

AKLX.9.

C
COR

Superio
elapso cu

P R A E C
DN. M. S.

Amplissimæ

GOS

Typis

